

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2513

Auteur(s) : Pierre de Montchaton [clerc]

Bénéficiaire(s) : Coutances (hôpital-Dieu)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1285, 27 novembre

Action juridique : donation

Langue du texte : latin

Analyse

Donation par Pierre de Montchaton à l'Hôtel-Dieu de Coutances, pour son obit, d'une rente annuelle de 14 boisseaux et demi de froment, un pain d'un denier, un pain de deux deniers, une geline, un chapon et un denier, sur plusieurs pièces de terre sises à Heugueville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Le Cacheux Paul, *Essai historique sur l'Hôtel-Dieu de Coutances*, l'hôpital-général et les Augustines hospitalières depuis l'origine jusqu'à la Révolution avec cartulaire général, Paris, Picard, 1895-1899, 2 vol., t. 2, n° CXIII, p. 104-106.

Texte établi d'après a

[Noverint universi tam presentes quam fut]uri quod ego, magister Petrus de Monte Catonis, clericus uxoratus, de parrochia Sancti [... pro] salute anime mee, parentum, amicorum et antecessorum meorum, dedi et concessi finaliter, in puram [et perpetuam elemosinam], priori, fratribus et pauperibus domus Dei Constanciensis, ad obitum meum faciendum singulis annis in dicta domo, [videlicet quatuor]decim bussellos et dimidium frumenti, ad mensuram de Heuguevilla, unum panem unius denarii turonensis [...] unum panem duorum denariorum, unum caponem, unum denarium et duos denarios turonenses annui redditus ; quem [reddit]um Gaufridus de Doyto, Ricardus Le Peletier, filius et heres Ricardi Le Peletier, et Robertus de Poletto, [de] parrochia predicta de Heuguevilla, michi debebant et reddebant et reddere tenebantur annuatim de terris quas de me tenebant in feodum per redditum supradictum in dicta parrochia de Heuguevilla ; videlicet dictus Gaufridus de Doito undecim bussellos et dimidium dicti frumenti ad festum Sancti Michaelis, unum panem unius denarii, unam gallinam, unum panem duorum denariorum, unum caponem et unum denarium ad Natale Domini pro regardo ; de tribus peciis terre, quarum prima pecia sita est in Mesnillo de Heuguevilla, inter terram heredum Helye de Briquevilla et terram heredum Guillermi Godart a lateribus, et butat ex uno capite ad cheminum as Tangoors et ex alio capite ad cheminum quod vocatur le Rouse, et continet unam virgatam terre et dimidiam vel eocirca ; secunda pecia terre sita est ou Veindin, inter terram heredum Roberti Hugonis et terram Ricardi Rocelin a latteribus, et butat ex uno capite ad terram Alveredi Dastin et ex alio capite ad vicum per quem itur de Moleio apud Heuguevillam et continet unam virgatam terre et dimidiam ; tertia pecia terre sita est apud Les Homeis, inter terram Roberti Le Covroor et terram Philippi Andree a lateribus, et butat ex uno capite ad terram dicti Roberti Le Covroor et ex alio capite apud les Hommeiz, et continet dimidiam virgatam terre. Et dictus Ricardus Le Peletier duos bussellos dicti frumenti et duos denarios turonenses, ad terminos supradictos, de quadam pecia terre continente circa tres virgatas terre, sita in dicta parrochia de Heuguevilla, inter terras quas Guillermus Helyes tenet et habet de dominio domini Regis ex utroque lattere, et butat ex uno capite apud La Piel et ex alio capite apud La Maisure. Et dictus Robertus de Poletto

unum bussellum frumenti, de quadam pecia terre, continente circa unam virgatam terre, sita in dicta parrochia, apud Le Passoor, ante hostium Ricardi L'Oste, inter terram supradicti Rocelin et terras dictorum les Dastins a lateribus, et butat ex uno capite ad cheminum as Pastoors et ex alio capite ad doitum de Hamello. Percipiendum, habendum et reddendum dictum redditum de cetero in perpetuum predictis priori, fratribus et pauperibus dicte domus et successoribus eorumdem, singulis annis ad terminos supradictos, libere, pacifice et omnino quiete, sine reclamacione mei aut heredum meorum aliqua de cetero facienda, per manus dictorum Gaufridi, Ricardi et Roberti et heredum suorum, seu per manus quorumcumque tenentium de cetero dictas terras, quas eisdem specialiter obligavi, cum hommagiis eorumdem et cum dominio et justicia et cum omni alio jure, que et quod ego habebam seu habere poteram in premissis. Et ego dictus Petrus et mei heredes tenemur, predictis priori, fratribus et pauperibus predicte domus Dei et successoribus eorumdem, hec omnia supradicta garantizare, liberare et defendere contra omnes bona fide, salvis tamen juribus capitalium dominorum. In cujus rei testimonium perpetuum et munimen, presentem cartam sigilli mei munimine roboravi. Actum est hoc anno gratie M° CC° octogesimo quinto, mense Novembris, die martis ante festum beati Andree apostoli.